



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Cubus. Terra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

sequaliteram, primæ triplam: quartam secundæ duplam: quintam tertiæ triplam, sextam primæ octuplam: postremo septimam, quæ partibus sex & viginti primam excederet: posthac dupla & tripla intervalla replexisse. Quibus numeris profecto nihil aliud significat, nisi expansionem illam linearum quæ à puncto ad basim tractæ angulos efficiunt, & per intervalla ipsas superficies quæ lineis clauduntur: ex quo apparet illum hoc quoque ut alia ab Ægyptiis accepisse.

I G N I S. CAP. XXI.


IGNEM quoque Pyramidis formam habere testatur idem Plato: propterea quod cum imolatus fit: circa materiam & fomentum quo pascitur, in acutam flammam, quæ cælum spectat, desinit: nam per basim materia concreta significatur, per reliquum corpus, materia jam ad formam recipiendam parata, & quasi fermentata, per punctum ipsa informis & simplicissima substantia: unde minus mirum est, quod supra diximus, per Pyramidem animam significari, ut quæ igne & naturæ ab eodem Platone esse tradatur, & corpori non secus ac Pyramis basi, vel ignis fomento, adhæreat.

*Id quæ dicitur videtur, vel à sapiente Pythagore: nunc nimo ignis vocari, ab ignea vitalitate.*

C U B U S.

T E R R A. CAP. XXII.

CUBUM, hoc est tesseram octo angulorum, & sex laterum, terram significare tradidit Plato ex Timæi Locrensis Pythagorici Philosophi disciplina, quam Pythagoras, ut testatur Justinus historicus, ab Ægyptiis potissimum didicerat. Terram vero per cubum depingebant, ob ejus stabilitatem gradineque: quia ut cubus quocumque volvatur, semper jacet, nec facile movetur, sic terra per se immobilis, si aliqua fortuna vi commoveatur, patim rursus jacens quiescit.




Cur Terra per Cubum.

O C T A E T R U M.

A E R. CAP. XXIII.

AEREM idem Philosophi Octaedri formam tribuere, quæ octo triangulis æqualibus, & æqualium laterum, id est, octo basibus, & sex angulis solidis, viginti quatuor vero planis continetur: quod ut melius intelligatur, explicandum est quid sit angulus solidus, quid item planus. Angelus planus, inquit Euclides, est duarum linearum in plano se mutuo tangentium, & non in directum jacentium mutua inclinatio: solidus vero angulus est, qui pluribus quam duobus angulis planis continetur, qui non eodem sunt plano, & ad unum constituuntur punctum. Ideo autem hanc illi formam tribuerunt, quia in ascensu ignem consequitur, & in terræ cavernas penetrat. Octaedri enim forma ascendit in duos utrinque vertices, & aptissimè Sphæræ includi potest, ut docet Euclides.



Ccccc 2

ISO

*Anguli finisio. De Octaedro, Isocædro, Isocædro aliiq; Geometricæ formæ figurisque videndis Ios, Scaliger, & in Sphæra Sacrosoph. Ciceronis, Justinus Schrekenfuschi, & Pelatarius in Euclidem. Isocædron quid, & ejus hieroglyphi, hierum*